SAMMELHANDSCHRIFT
Klosterneuburg (?), 1472-1473
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=452
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Dominica

non otiosus. Ecce monuit duas liguas
spiritus dei / et audiuimus ex vna timor
non est in caritate. Audiuimus ex alia timor
domini castus permanens in secula seculi /
Quid est hoc dissonat / non ex cute
aureus. inde melodia / non sine ea
hic addidit castus / illic non addidit
quia est timor aliquis / qui dicitur castus. Est
autem alius timor / qui non dicitur castus /
discernamus istos duos timores / et in-
telligamus consonantia tibiarum. Nunc
discernamus attendat caritas vna. Sunt
homines qui propterea timent deum / ne
mittat in gehenna / ne forte ardeat
cum diabolo in igne eterno. Spes est timor
qui introduxit caritatem / Est sicut vult
vt exeat / Di enim propter penas times
deum / non dum amas quia sic times / non
bona desideras / sed mala caues
Est ex eo quia mala caues / exigis te
et incipis bona desiderare / cum bona
desiderare cepis / exit in te timor
castus. Quid est timor castus / time
ne amittas ipsa bona / time deum
non recedat a te. Cum autem times
deum / ne te deserat pena eius
amplectens eum / ipso frui desideras

Quod distent duo timores per sili me
On potest diuersa mulier. Augustinus ordi
meliis explanare / quid interest
inter istos duos timores / quia si ponas
duas mulieres maritatas / quarum
vna adulterium volente facere adulterium
sed timet ne dampnet a marito
timet maritum / quia adulter amat nequ
cia / huiusmodi non est grata / sed onerosa
mariti presencia. Et si forte vnum
nequit timet maritum ne veniat
Tales sunt qui timent diem iudicii
sunt altera amare vicium / et debere
illi castos amplexus / nulla se adul
terina maclare in iudicia velle /
Ista optat presencia viri / illa ti-
met / et ista timet. Iam quomodo inter-
rogetur quare timeat. Illa dicit /
timeo virum ne veniat. Illa dicit /
timeo virum ne discedat. Illa dicit
timeo virum ne me dampnet. Ista
dicit / timeo virum ne me deserat
Sone habet in animo et inuenies timorem
quem foras mittit caritas / et alium
timorem castum permanentem in secula
seculi. Illum timorem perfecta caritas
foras mittit / quia ille timor tor-
mentum habet. Torquetur quia
peccator / non dum facta est iustificata
est ibi quod titillat mente / quod
pungat quod similet. Timet ne
timor / per intrat caritas / et sanat
quod vulnerat timor. Timor castus
facit securitatem in animo. Audiuimus
duas tibias consonantes sicut iob
et dauid / Illa de timore dei
dicit / quo timet anima ne dampne
Illa de timore quo timet anima ne
deseratur. Ille est timor qui per
manet in secum seculi. Ecce ihesus
obis apte ostendit. Augustinus / quis
sit timor castus / et quis timor
seruilis / et quid differant /
In quibus etiam inicialem timorem
significauit / qui nec ex toto
seruilis / nec ex toto castus. Est
tamen medius / aliquid de seruili /
et aliquid de casto timore habet
fiat enim seruus primum timore
pene / primum amore iusti / per
quem timet punire et timet of-
fendere. Iste timor est in inchoata
caritate non impleta / et quantum
crescit caritas / tantum decrescit
iste timor / quantum ad metum pene
quantum ad id quod facit timere
penam / et quantum ad tormentum con-
tinere. Ita quanto magis diligis
tanto minus times. Iste timor notatur
in illis viris. Augustinus / Ubi non negatur
timorem esse in caritate inchoata
et perfecta quod non posset dici de
seruili / quia vt ipse sup dixit. Ser-
uilis timor non remanet veniente
caritate nec intrat caritas / nisi
prius ille timor exeat / nec in illo
timore aliquis credit in deum /
et si credat deo / nil bene facit /
etiam si bona et quod facit. Ita est et quo
timor ille in caritate etiam inchoata
quia omnis qui caritatem habet / licet nec
perfectam et in deum credit et bona
bene facit. Quare seruilis non
est ille timor / quia in caritate inchoata
fore crescit / et quia caritate crescente
decrescere dicit / Est ille timor